AUGUSTINUS. FULGENTIUS RUSPENSIS. GENNADIUS MASSILIENSIS. QUODVULTDEUS CARTHAGINIENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. DOMINICUS GUNDISSALINUS. BOETHIUS. LIBER DE CAUSIS. IOHANNES DE RUPELLA

Nordfrankreich, 1. Hälfte 14. Jh.

Seite 51v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36540
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



AVG

quia tu permanes. At illa si permanent non es-
sent tempora. Quid est enim tempus. quis hoc
facile breuiter et expeditum. Quis hoc ad id quod
de illo proferendum. in cogitatione uel apprehende-
rit. Quid autem familiarius notius in
eloquio quam memoramus tempus. intelli-
gimus utique cum id loquimur. intelligimus
et cum alio loquente audimus. Quid est
ergo. si nemo ex me quaerat scio si quaere-
ti explicare uelim nescio fidenter tamen
dico scire me. Quod si nihil praeteriret non esset
praeteritum tempus. et si nihil adueniret si esset
futurum tempus. et si nihil esset non esset pre-
sens tempus. Duo ergo illa tempora praeteri-
tum et futurum quomodo sunt cum praeteritum iam
non est. et futurum nondum est. presens a-
si semper esset presens nec in preteritum transi-
ret non iam esset tempus sed esset uetustas. Si ergo
presens ut tempus sit ideo sit quia in pre-
teritum transit quomodo et hoc dicimus
esse cum ut sit illa est ex qua non erit ut si si
uelim dicere tempus esse mihi ex tendit
non esse. et tamen dicimus longum tempus
et breue tempus. nec hoc nisi de preterito aut
futuro dicimus preteritum tempus longum.
ubi gesta. uocamus ante centum annos
futurum rursum longum post centum
annos. breue autem preteritum sicut praeter
dictum ante decem dies. et breue futurum
post. x. dies. Sed quo pacto longum est
aut breue quod non est preteritum. iam non
est. et futurum nondum est. non tamen di-
cimus longum est nisi dicimus de preterito lon-
gum fuit. et de futuro longum erit.
Domine deus meus lux mea nonne et hic
veritas tua deridebit hominem. Quod. n.
longum fuit preteritum tempus. cum iam
non est preteritum longum fuit. An cum adhuc
presens est. tunc. n. poterat esse longum
quod erat quod est longum. preteritum uero iam
non erat unde nec longum esse poterat

DEUS

quod uero non erat. non ergo dicamus longum fuit
preteritum tempus. nec. n. inuenieremus quid fuerit
longum quod ex quo preteritum est non est. Sed di-
cimus longum fuit illud presens tempus. quia
cum presens esset esset longum erat. nondum
enim preterierat ut nondum esset. et ideo erat quod lon-
gum esset posset. poterat uero quod preterit simul et longum
esse esset quod esse desinit. Videamus ergo o mea lux
mea. utrum presens tempus possit esse longum.
Datum. n. est sentire moras atque metiri. quid
respondebis in an. c. anni presentes longum
tempus est. Vide prius utrum possint presen-
tes esse. c. anni. Si. n. primus eorum anni agitur
ipse presens est. non agitur uero et nouem ei
turi sunt et ideo dum non sunt. Si autem secun-
dus annus agitur iam unus est preteritus alter presens
et futuri atque ita medios quemlibet cen
tenarii huius minimi annum presentem posuen
mus ut possimus ante illum preterierunt post
illum futuri. Quo certa. c. anni presentes
esse non poterunt. Vide saltem utrum qui
agitur unus ipse sit presens. et. n. si primus
agitur mensis futuri sunt decem. et sedecim
primus preterit. et reliqui nondum sunt ergo nec
annus qui agitur totus est presens. et si non
totus est presens non annus est presens. Quoniam
cum. n. menses annus est. Quoniam qualiter
unus mensis qui agitur ipse presens est. et
tres aut preterit aut futuri. Iam ergo nec mensis
qui agitur presens est. si unus dies si primus
futurus deinde. si nouissimus preterit ceteris. Si
medios qualiter inter preteritos et futuros. hoc p
sens tempus quod solum inuenietur longum
appellandum intra ad unius diei spatium con
tractum est. Si discutiamus et ipsum. quoniam nec
unus dies totus est presens. nocturnis enim et
diuturnis horis omnibus. et. iii. expletur quae
prima deinceps futuras hyems. nouissima preterit
aliqua uero intercedunt ante se preteritas post se
futuras. Et ipsa una hora fugitiua praeterit
agitatur. Quicquid. n. est auolauit preteritum.